



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

**Parisiis, 1644**

I. Vt clerici episcoporum iudicio acquiescant: illis inconsultis sæcularia iudicia non expetant, nec ad alium locum transeant; & sine illorum literis non peregrinentur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14887**

& Talaſio, epiſcopis, pari conſilio atque tractatu deciſionem, quam verbis decreuerant, etiam ſcripturæ mandare voluerunt: vt ab hac die, hoc eſt i v. Nonas Octobris, Opilione V. C. conſule, hæ regulæ eccleſiaſticæ ſeruarentur, quæ a ſenioribus iuxta auctoritatem ſcripturarum iam fuerant conſtituta.

CANONES.

I.

Primum <sup>i</sup> vt contra epiſcopale iudicium clericis non liceat \* proſilire: neque inconſultis \* ſacerdotibus ſuis ſæcularia iudicia expetere: ſed nec de loco ad alium ſine epiſcopi permiſſione tranſire: nec ſine commendatiſſis ſacerdotum ſuorum literis com̄meare.

\* reſilire: \* ſacerdotibus ſæcularium ind.

II.

<sup>k</sup> Vt diaconi preſbyteris nouerint omni humilitate deferendum.

III.

<sup>l</sup> Vt a violentia & crimine perputationis abſtineantur.

IV.

<sup>m</sup> Familiaritatem extranearum feminarum nouerint eſſe vitandam. Sed ſi qui ſunt cælibes, non niſi a ſororibus, aut amitis ſuis, aut a matribus conſolentur. Quia ſicut bonum non eſt homini ſolum eſſe, ita familiares eſſe clericos feminis non oportet extraneis: quia frequenter plurimorum ruinas ſub hac occaſione deſlemus. Si quis autem poſt hoc interdicitum a prædictis familiaritatibus ſe reuocare noluerit, nequaquã gradu altiore donabitur: & ſi iam ordinatus fuerit, non miniſtret. <sup>n</sup> Tum ſi qui tradendis vel capiendis ciuitatibus fuerint interfuiſſe detecti, non ſolum a communionem habeantur alieni,